Cum ieiunatis: nolite fieri sicut
ypocrite tristes. Exterminant
enim facies suas: ut pareant
hominibus ieiunantes. Amen di-
co vobis: receperunt mercedem
suam. Tu autem cum ieiunas un-
ge caput tuum: et faciem tuam
lava ne videaris hominibus ieiu-
nans. sed patri tuo qui est in
abscondito. Et pater tuus qui
videt in abscondito: reddet tibi.
Nolite thezaurizare vobis
thezauros in terra: ubi eru-
go et tynea demolitur: et ubi
fures effodiunt et furantur.
Thezaurizate autem vobis
thezauros in celo: ubi neque
erugo neque tinea demolitur
et ubi fures non effodiunt ne-
que furantur. Ubi enim thezau-
rus tuus est: ibi est et cor tuum.
Offertorium Exaltabo te domine quoniam suscepisti
me nec delectasti inimicos meos
super me domine clamavi ad te et sa-
nasti me. Secreta
Fac nos domine hijs munerri-
bus offerendis convenien-
ter aptari: quibus ipsius vene-
rabilis sacramenti celebramus
exordium. Per Communio Qui corpo-

nota quod ista ... ab hac die ... usque dominica in passione

rabitur ... Qui meditabitur
in lege domini die ac nocte dabit fruc-
tum suum in tempore suo Postcommunio
Percepta nobis domine prebe-
ant sacramenta subsidium
ut et grata tibi sint nostra
ieiunia: et nobis proficiant
ad medelam. Per Super populum
Inclinantes se maiestati tue
propiciatus intende: ut
qui divino munere sunt refecti
celestibus semper nutriantur
auxiliis. Per
Dum clamarem ad dominum exaudivit
vocem meam ab hijs qui appro-
pinquant michi et humiliavit eos
qui est ante secula et manet in e-
ternum. iacta cogitatum tuum in domino
et ipse te enutriet. Ps. Exaudi deus
orationem meam et ne despexeris
deprecationem meam intende michi
et exaudi me. Oratio
Deus qui culpa offenderis
penitentia placaris preces
populi tui supplicantis propicius
respice: et flagella iracundie
tue que pro peccatis nostris meremur
averte. Per
In diebus illis egrotavit Eze-
chias usque ad mortem: et

1610

Litt. C

23.